Pantheon.tēplū rome qđ vt Dion hiſtoꝛicus refert ſic dictum fuit ꝙ in Martis Venerisq́ꝫ imaginibꝰ ſub ipſo tēplo ꝯſti tutis oīuꝫ deoꝝ imagines effictę erāt. Siue ꝙ tēplū ipꝫ rotū dū ſit cęloqꝫ ꝑſilie. Et ſic quoqꝫ oīuꝫ deoꝝ habitatio cēſeatur Pōt ēt dici pātheon ſūmū deoꝝ. Nā παν ſigt oē qđ ſane in ſilibus ſępe ad ſummum ſpectare ſolet ⁊ θεωμ deoꝛum. Vñ Ply.li.xxxvj. Pantheon ioui vltoꝛi ab Agrippa factuꝫ fuit.

Panther ab Ariſtotele vocatᷓ aīal qđ Theodoꝛus Gaza lupuꝫ canariū appellat: diuerſuꝫ a pāthera vt ex Galēo cōijci pōt q̄ ſic ait: Quidā a deo beluini vt leonū ⁊ pantherarū. itē canuꝫ ⁊ pātherū ⁊ vlpiū carnibus veſcantᷓ. Hiero.ad p̄ſidiū. ſic ſcri bit. Pāther pardo ſilis ē: ⁊ ē varij coloꝛis ⁊ mitis ſi ſaturatꝰ fuerit: ⁊ tribus diebꝰ doꝛmit. poſt tertiū diē lauat ſe ⁊ clamat ⁊ ſic odoꝛē ſuauē emittit. ⁊ cōuocat oēs feras q̄ odoꝛe ducun tur ⁊ eſt omnibus feris amicus pꝛeter dꝛaconem ⁊ aſpidem.

Pāthera pe.ꝓ.aīal ꝑſus ferū ⁊ maculoſuꝫ quę a pardalis dꝛ ex παν qđ ſigt totaliter ⁊ θηρ fera: Abūdat ī hyrcania. ⁊ media Hoꝛ.in epiſtolis. Diuerſuꝫ confuſa genus panthera camelo.

Pantholabus.omnia ſumens: verna appellatus eſt ꝑꝑ ſcurrili tatem pluribus notus.

Pantomimus: pe.ꝓ.rex oīuꝫ imitatoꝛ q̄ in ſcęnis ꝑſonas ꝑ ſin gulo ꝝ actuū ſimulatiōes oñdebat. Ex παν των oīuꝫ ⁊ μι μος imitatoꝛ. Eſt āt minꝰ ſermōis ⁊ factoꝝ cuiuſqꝫ imitatio cū laſciuia. Ply.li.vij. Mythicū pātomimū hᷓ ē fabularē q̄n dā vocauit. ceu pātomimoꝛū duo ſint gn̄a ſcęnici ⁊ mythici.

Panhoꝛmus ⁊ panoꝛmum ⁊ panoꝛmium.ciuitas ſicilię dicta a nauium applicatione quę vndiqꝫ illuc cōueniūt. Eſt eni hoꝛ mos poꝛtus ꝑs: Inde naute dicūt hoꝛmizare. i. nauē ancho ris atqꝫ retinaculis īſtruere. quo ſecura ſit in poꝛtu a repēti nis ꝓcellis. Hinc pāhoꝛmita. pāhoꝛmitanus ⁊ panhoꝛmius

Panomphęꝰ. Jouis epitheton. qꝛ ab omni ligua colatur απαν ⁊ ομφι vox ꝙ oīuꝫ voces audiat Oui. li. Me. para panom pheo vetus eſt ſacrata tonanti.

Pantheus ⁊ panthus nomē ꝓpꝛiuꝫ filij Otrei fratris Hecubę.

Panis a paſcēdo ꝓpꝛietatem habet ſiue ꝙ omnibus pulmētis adhiberi poſſit: ⁊ fere adhibeatᷓ cū nullū opſoniū faciat inſi pidius. Nampam totuꝫ dꝛ. panis varia ſunt gn̄a. Nam alia ſub poſonijs appellata: vt oſtrearij: alia a delicijs : vt artola gani. Alia a feſtinatione: vt Sphеuticij. Alia a coquēdo ra tione vt furnacij vel artoptitij vt in clibanis cocti.

Panis ſecundarius. panis vulgaris q̄ oīum cibus eſt. Sue. de Aug. Cibi nummi erat ac fere vulgaris. Secūdarium paneꝫ maxime appetebat. Idē. Cibarius panis appellatᷓ panis ru dibus a ſcabꝛicię. panis ſcđo coctus quo vtuntur naute.

Panifex q̄ panē facit: q̄ ⁊ panificus dꝛ. Vñ mulięres q̄ panē fa ciūt panifices ſeu panificę: vocātᷓ. Hic Hier. i li. Re. panificas filias dixit. panificiū ipa panis ꝯfectio ⁊ actꝰ faciēdi panē.

Panariuꝫ. locus vbi panis ſeruatᷓ. panis repoſitoꝛiū. Cuius di minutiuū ē panariolū. panaria ⁊ panariola nos hodie quo qꝫ vernacula voce ciſtas ⁊ ciſtellas vocamus ex viminibus factas. Sue. Sparſit ⁊ miſilia variarū rerum ⁊ panaria cum opſonio viritim diuiſit Mar. Cū panariolis tribus rediſti.

Paniſci dij ſylueſtres quaſi per diminutionem dicti minutuli panes ſicut a ſatyro ſatyriſcus inclinatur. Scribit Ply. lib. xxxv. panis cum fuiſſe pictum a Tauriſco pictoꝛe.

Pando. is. paſſum ⁊ panſum ſupinū facit ſcđm Bedum ſuper. Do. Et a pane dꝛ ſigtqꝫ patefacio: ꝙ apud veteres q̄ ope in digeret. ⁊ ad aſyluꝫ cereris cōfugiſſet panis ei dabatᷓ. pande re. itaqꝫ panem dare. Et ꝙ nunq̄ꝫ fatuū talibus claudetᷓ pāde re ꝓ apꝑire vſurparūt: Vñ mulier capillo paſſo dꝛ q̄ſi poꝛre cto ⁊ ſparſo. Et paſſis manibus ⁊ velis paſſis. i. deductis at qꝫ diſtentis. Huius cōpoſita ſunt. Expando extrapando a quo Expaſſuꝫ extētū. vñ Gel. refert Cęciliū ſcripſiſſe flameū expaſſum domi ꝓtulerūt. Nonnūq̄ꝫ tñ apud veteres: a. in. e. mutatᷓ ac ꝓ eo qđ ē diſpaſſis diſpeſſis dictū eſt. Plau. in mi li. Credo ego iſthoc exēplo tibi eſſe eūdū extra poꝛtaꝫ diſpeſ ſis manibus patibulū cum habebis. Oppando circum exten do. hie. in Exo. Velū qđ ante illud oppāditur. ꝓpādo vltra dando. Repando. a quo Repandum dꝛ qđ retroꝛſum patet.

Pando. as. Incuruo. Vnde pandari trabē dicitur quaſi Incur uari cedereqꝫ ponderi: cuius contrarium palmę faciūt quip pe quę non contra inferioꝛa ſed in diuerſum renitēdo foꝛni cantur. Ply. li. xvj. At populus contra omnia inferioꝛa pan datur. Facile pādatur iuglans. hinc a victruuio arboꝛes pā datę dicte ſunt quę in ędificijs curuātur.

Pandus. a. um. non panditus alternitatis cā euitādę qđ in plę riſqꝫ ſeruatᷓ. ſicut a mane matutinus non manuninus a vi tis vinetū non vitetū. Eſt autem pandus idem quod aptus. Vir. li. ij. Ge. Lancibus ⁊ pandis fumantia redimit exta.

Pandana poꝛta romę a pando dicta: ꝙ ſꝑ pateret ad res q̄ i vr bem ferebantᷓ. Eadē dicebatᷓ. libera a libertate. pādana ēt ē īſula in ſinu Gaietano ꝑua a cōtenti ducētis q̄nquaginta ſta dijs diſtans in qua pulchꝛo habitatur. vt Stra. inquit.

Pandiculoꝛ: extēdo: vt faciūt q̄ e ſomno expꝑgefacti ſunt oſcitan tes. Plau. in Menę. Ego me ad ſimilem inſanire vt illos a me abſterream vt pandiculas oſcitatur.

Pantices. fluxus vęntris pinguitudo ⁊ ex tuberantia. ꝙ venter pādatur. hodie quoqꝫ vulgus pantices appellat in hoie ven trioſo. Plau. in pſeu. Eo vos vr̄os cantices adeo madefaci tis cum ego ſinu hic ſiccus.

Panus pani. ⁊ panis. is. tramę in volucrū quo panni texuntᷓ a quo panula ⁊ panicula ꝑ diminutionem Lucil. Foꝛis ſub tegminis panus. Ab huius ſilitudine ēt innatus tumoꝛ ſub faucibus auribuſue ⁊ īguinibus panus appellatur. Idem E laterum parotidas ⁊ panos ſanat. panos Galenus in ſpēs di uiſit. huius diminutiuum eſt panellus

Panicula. diminutiuū a pano. alioq̄n ſigt comā in milio pāico arundinę. Ply. pendente epicearū vel roboꝛū quoqꝫ ramis q̄ ipſe vocat panos ⁊ pāiculas ⁊ aliq̄n nucamēta callo ſquā mati cōpactili: q̄ cittara gręci appellāt. Quicq̄d igitᷓ ſub lōga vel ſub rotūda foꝛma tumet panicula dici fere poteſt. Celſus in curatione ramicis. Faſcia eius rei cā ſit cui imo loco pila eſt aſſuta ex paniculis facta quę ad repellendum in teſtinum quod deſcendit illi ipſi ſubijcitur. Ply. lib. xxj. Gręcula roſa conuolutas hꝫ folioꝛum paniculas.

Pānus per duplex. nn. quo veſtimur. vt pannę veſtes quę ſūt lanę vel bombycinę. Huius diminutiuum eſt panniculus. Iuue. Et panniculus bombycinus vrit.

Pannoſus qui ſoꝛdida veſte ⁊ craſſo panno viliqꝫ optus eſt Nec hoc niſi de paupe dicitur. Iuſti. lib. ij. permutato regis hitu pānoſus ſarmenta collo gerens caſtra hoſtiū ingreditᷓ

Pannicularia. Vlp. teſte dñr ea q̄ in cuſtodia receptus ſecum attulit. vt veſtē qua indutus fuerit qui ad ſupplicium ducitᷓ: aut nummos quos victus ſui cā habuerit in ꝓmptu: aut le ues annulos. hoc eſt q̄ rem non excedunt aureoꝛum quinqꝫ.

Panicū gn̄s frugis a paniculis ſuis dictū. Ply. li. xiij. paruis ra cemato paniculᷓ. Ceſar. panico vetere atqꝫ hoꝛdeo coꝛrupto

Paneus. a. um. a pānus fit. Paneꝰ ꝑ ſimplex n fons eſt ſub liba no mōte ī quo ſi q̄ natātia ꝓijciantᷓ in lacū cui phiala nomen eſt cūcta repꝑiuntur. Eſt ēt hoc noie Colchoꝛum fluuius.

Panico repentinus terroꝛ ⁊ cōſternatio dꝛ a gręcis. Hyginus ſcribit capꝛicoꝛnū obieciſſę hoſtibꝰ timoꝛē q̄ pāicos noiatur

Pannuueliū. a pāno ⁊ voluēdo filo: ſudariolū ſigt: vt eſt apud. Var. li. j. de lin. latina: Hoc pānicellū dicere poſſumus.

Panſę dicti ſunt quibus lati ac panſi ſunt pedes. ſicut planci q̄ bus plani ſunt.

Panſelinus. pe. coꝛ. pleniluniū q̄ſi tota luna. Nam σελινη lu na dicitur. Vnde ⁊ pꝛoſelinus ante lunam.

Panonij appellantᷓ a romanis quos gręci pęonas latini vnga ros vocitāt quoꝝ fama olī foꝛmidīe totā ꝯcuſſit italiā tanq̄ꝫ eēnt bello īſuꝑabiles Hi tribꝰ fluuijs pꝛauo: ſauo ⁊ iſtro val lantᷓ. Hic pānonicus. a. um. Sue. ī Aug. Reliq̄ ꝑ legatos ad miſtrauit: vt tñ q̄buſdā pānonicis atqꝫ germāicis aut īterue niret aut nō lōge abeſſet. Hoꝝ regio pānonia dcā ē regio Eu ropę ſicut Ptol. li. ij. ſcribit. Et ē duplex ſuꝑioꝛ ⁊ īferioꝛ: ſuꝑi oꝛ ab occaſu limites hꝫ mōtē Cetiū q̄ medius ē inter noꝛicū ⁊ ipſam pannoniam ab oꝛtu hꝫ pānoniam inferioꝛeꝫ cui iun cta eſt inferioꝛ ab oꝛtu ſeptentrione danubio cingitur.

Panthaſilea nomē reginę Amozonū q̄ Orithee ſucceſſit. Dicta quaſi oīa ſubiens. Hęc prima vt inq̄t. Ply. ſecurim inuenit. habet ei diph. in pe. apud grecos ϖαντασιλεία.

Pango. is. pegi. pāxiq; pactū ſig̃t figo planto ſiue iūgo. Uñ pecilis a pactū qđ eſt a pango iungo. Ply. li. xxi. Sūmaq; auctoritas pactili corone. Liui. p figo poſuit. li. vij. Lex vetuſta ē p̄ſcis lr̄is verbiſq; ſcripta vt q̄ pretor maximꝰ ſit idibꝰ ſeptēbribꝰ clauū pangāt. fixus fuit lateri ędis Jouis optimi maximi. Pro plāto. Col. li. iij. Atq; vetere ſarmento pāgunt̄ tardius cōualeſcūt ſʒ tardiꝰ deficiūt. Idē. li. xi. Malleolus q̄ recētiſſimus curioſiſſime pāgēdus ē. Cic. Tyroni p ſcribo poſuit q̄ſi q̄d ſiꝉe plātatōi. An pāgis aliq̄d ſophoc eū: fac opꝰ appeat. Gel. Si aut v̄ſuʒ inq̄t pāgis: aut orōneʒ ſolutam ſtruis: atq; ea v̄ba tibi dicēda ſūt ñ eas finitōes p̄rācidas: neq; ſecutinas grāmaticas ſpectaueris: ſʒ aurē tuam inter roga quo q̄d loco ꝯueniat dicere. p cano ēt ſiue narro manifeſto ponit̄. quēadmodū cano p ſcribo. vt pāge lingua glorioſi p̄lii certaminis. Cōpoſita eiꝰ q̄dā ſeruāt a. vt circūpāgo. Uñ circūpactꝰ p circūiūctus. Ply. li. xvij. Ramis terraq; circunpactis. Depāgo p defigo. Idē li. xxiiij. Quercus ⁊ olea tā p̄tinaci odio diſidēt vt altera in alterius ſcrobe depactę moriant̄. oppāgo circūpango. repango. a quo repages ⁊ repagula. Quędā mutāt in i. vt Appigo. Cōpigo. qđ ē ꝯiungo vt in Exo. Archā ve linguis ſethiʒ ꝯpingite. Impigo. Uñ Impagas. Inter ipſa tñ tam in pręterito q̄ in ſupino conuenit.

Pape diñr ſacerdotes quemadmodum presbyteri hoc eſt ſeniores appellantur.

Pappa p duplex. pp. puerorum cibus eſt. deductū nomen a pane.

Pape admirantis aduerbium hʒ enim in ſe affectum verbi miror. vt pape q̄d video. aliq̄ñ ēt indignationis eſt. Ter. in eu. pape hęc ſuperat ipſam thaydem.

Papas accipitur p p̄re ſiue p eo q̄ pueꝝ alit Iuue. Liuidus pregustet pocula papas. Eſt āt nomē veneratōis a ſyracuſis tractū. apud quos pas pater dꝛ iñ p gemiationem papas.

Papare eſt minutis ⁊ blandiuſculis verbis patrem appellare.

Pappare. p duplex. pp. ſig̃t cibū ſumere. qđ a papa ſit. qui ē puerorum cibus. Plau. in Epi. Nouo liberto opus ē: quod pappet dabitur prebebo cibum.

Papeus. apud Scythas appellatur Jupiter.

Pappus auus. Nā gręci ϖαϖϖον auum dicunt. Auſo. ad nepotem ſuum. pappos auiaſq; tremētes anteferunt paribus ſeri noua cura nepotes. hinc pappous. i. auitus. pappi ēt dicunt̄ carduoꝝ flores Lucr. Ueſtem nec plumas auium papposq; volantes. plynius pappum vocari ait lanuginem deciduam ex fructibus arboris congrygię. Et pappus dictus eſt Aemylius romanus cuius meminit. Liui. li. xxviij.

Papauer gñs herbe. Et albū q̄dē ſatiuū ſemē hʒ qđ toſtum in ſcōa mēſa cū melle apud antiquos edebat̄ hoc precipuū candorem lina ⁊ lanę cōtrahūt: a quo Toga papauerata dicta ē a colore candido. Eadem toga ſpiſſa dicebatur.

Papula. puſtula. vberculū vulgo bruſola q̄ ieiunę ſaliuę defricatione curat̄. papulꝰ cutis exaſpat̄ ⁊ rubet: leniterq; roditur Uir. li. iij. Ge. Ardētes papulę atq; īmūdꝰ olētia ſudor. Celſ tamē lib. v. duo papulaꝝ gñā ponit. huius diminu. ē papilla.

Papilla p̄ua papula. i. tuberculū. Serenꝰ excruciāt turpes anū ſi forte papillę. Sig̃t ēt māmę capitulū vñ Lac. trahit̄ q̄uis ēt p ipſa māma ponat̄. Uir. li. xi. Haſta ſub exertam donec p̄lata papillā heſit. Dicte papillę q̄ſi p̄uę papulę. qđ papularū ſint ſiꝉes. A quaꝝ ſiꝉitudine papillę diñr q̄ aq̄s fundunt. Uar. lib. iij. de re ruſ. Qui ſit ſi adduxeris fiſtulam ⁊ in eam papillas impoſueris tenues quę eructēt aquam. papilla ēt tribus Romę fuit que a genitricē vocabulum traxit.

Papillatus. papilla ornatus. ſeu ī papillę ſpēʒ factus Hiero. ad pāma. Quis pturiētē roſam ⁊ papillatū corymbū anteq̄ in calathū fundat̄ orbis. Ex papillatus aduſq; papillā nudatꝰ. Plau. Idem cōnexuʒ in humero leuo ex papillato brachio.

Papilio: inter verniculos numerat̄ quo nullū aīal imbecillius eſt. Col. li. x. de apibus. Uermiculi quoq; q̄ tineę vocantur. Item papiliones enecandi ſunt. Nā vt idem teſtat̄ ex papilionū ſtercore naſcunt̄ tineę. Itē papilio dicit̄ tentoriuʒ hie. in Exo. Stabat vnuſquiſq; in hoſtio papilionis ſui.

Paphlagōia. regio minoris aſię. a q̄ paphlagōes q̄ teſte Cor. nepote in Italiaʒ tranſuecti. mox Ueneti dicti ſunt. hęc vt Solinus ſcribit Cytoro monte conſurgit porrecto in ſpatiuʒ trium ⁊ ſexaginta milliū. In ea Mitridales Eupatoriam condidit que ſubacta a pompeio pompeiopolis nominata fuit.

Papia. ciuitas inſubriū. Ticinum alio nomine appellata: olim oſtrogothorum ⁊ lingobardorum regnum ſedes.

Papyrus a noſtris dꝛ iuncus: a nōnullis ſirpus. Lac. li. iiij. Cōſerit̄ bibula mēphitis cība papyro. Frutex ē hñs radicē obliquaʒ triangulis laterībꝰ decē nō ampliꝰ cubitorū longitudine ī gracilitate faſtigiatū thyrſi mō cacumē īcludēs Naſcitur in paludibꝰ ęgypti. Inuenta ē ab Alexādro rege papyrꝰ auctore Uar. q̄ fiebat ex frutice cū Alexādriā ędificaſſet a q̄ papyro fructice dicta ē charta papyrꝰ. q̄. ſ. ex papyro fieret. Nā p̄mo ſcribebāt ī folijs palmaꝝ. poſtea ī arboꝝ libris. deinde ī cęris. poſtea v̄o id gñs charte inuentū quo nūc paſſim mortales vtunt̄. ſitq; ex liteolꝰ ꝯtritis ⁊ nihiloīus p̄ſtinū nomē remanſit. Charta v̄o ab vrbe Tyri: cui charta nomē fuit appellata eſt ex q̄ dido dicta ē. Ideoq; vrbē a ſe poſtea ędificatā ab illiꝰ noīe carthaginē nūcupauit. gręci ab eadē vrbē χατυν nomināt. h̄ extrā mēbrana vocat̄ a tectu mēbroꝝ. A papyro cognomē papyri d̄ductū ē a q̄ papyriana tribus. hic etiam papyraceus. a. um. quod eſt materiatum ex papyro.

Par cū ſuis ꝯpoſitis cōpar: diſpar. īpar. ſepar ſūt gñis oīs Et lʒ par pducta apđ poetas ponat̄. in obliq̄s tñ p̄ma cor. Et tam datiuo q̄ gtō iūgi pōt. Oui. lib. iij. Me. Sūt quoq; par alijs ętas ī ouilibꝰ agnę. Luc. Quē metuis par hꝰ erit. Et ī abltō pe vꝉ pari Sig̃t āt par nūeꝝ duoꝝ q̄ſi int̄ ſe pariū Unū par ⁊ duo paria dicimꝰ. Interdū pes p duobꝰ accipiunt̄. vt pibus eq̄s vtebāt̄ romāi ī p̄lio: vt ſudāte altero trāſirēt ī ſiccū. Interdū par accipit̄ p decēti ęquo ⁊ ꝯueniēti qđ iter oēs ęq̄bile ē. Qui. Si pp matrimōia violata vrbes euerſę ſūt q̄d fieri adultero par ē parē eē ſig̃t ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtēdo ſiue exeq̄ndo. Ci. ad Atticū. Sʒ adhuc pes nō ſumꝰ. Quit. Aſpicio par laboribꝰ corpꝰ. paria facere ē qđ alibi amiſſū ē: vꝉ qđ aliūde acceptū: alibi vꝉ aliūde ꝯpenſare. Quit. paria faciemus: tu illic eris vicarius meꝰ ego h̄ tuꝰ. paria ꝯponere. gladiatoꝝ duo paria ordīariū ⁊ poſtulariū. Cice. ī epl̄is ⁊ Sue.

Par. impar. gñs ludi. Sue. de Aug. Scripſit ad filiaʒ. Miſi tibi denarios ducētos q̄nq̄ginta quos ſingulis cōuiuis dederaʒ ſi vellent inter ſe poſt cęnam vel talis. vel par impar ludere.

Pariter aduerbiuʒ ſig̃t ex ęquo. Neuius. Ut pariter diſptiant̄ bona p̄ris aliq̄ñ Cōuenienter. Titi. Ne tu iſtā ędepol media extuliſti pariter vt dignuʒ fuit aliq̄ñ. Siꝉiter. Plau. Is ex ſe hūc reliq̄t. q̄ hic hʒ filiū pariter moratū vt pater atq; auus eiꝰ fuit. Aliq̄ñ ſig̃t quod vernacula lingua dicimus apar apar. ſiue aparadamente. Hier. in li. R. Reliqui diſperſi ſunt ita vt non reliquerentur ex eis duo pariter.

Parilis ⁊ hoc parile. pe. cor. ſig̃t ęquale. a quo Parilitas.

Para prepoſitio gręca ſig̃t ad apud penes: abſq;. dis. re. p̄ter. tā in appoſitione q̄ in cōpoſitione. Eſt ⁊ para gñs auis: auis inauſpicatę. Hora. Impios parę recinentis omen. Ply. xviij. Auem parā oriēte ſyrio ipſo die non appere donec occidat.

Parabaſis. latine tranſgreſſio. Parabates tranſgreſſor.

Parabola. ſig̃t iuxta ſnīaʒ: ex ϖαρα iuxta βουλη. ſnīa: q̄ſi rex diſſimiliū ꝯpatio. Uñ Qui. Parabolę quā Ci. collationē vocat lōgius res q̄ ꝯparant̄ repetere ſolet: vt taʒ fortiter apud Hipponē fecit Scipio q̄ vtiq; apud vticā Cato. Hię. parabolę gręce latine diñr ſiꝉitudines. Qđ li. Salomonis vocabulū ob id īpoſitū eſt vt ſciremꝰ altius ⁊ nō iuxta litterā tñ intelligi debere q̄ diñr. In quo diñʒ ſig̃t p parabolas fuiſſe locuturum. Aliud eni ī ſupficie ſonat aliud in intellectu innuit.

Parabos inſula parua contra phęnicem vt inquit pompo.

Paracletus per. e pductā ſcribit̄ ⁊ pfert̄ a ϖαρακαλω. qđ ⁊ rogo ⁊ hortor ſig̃t. Apud iuniores vero gręcos ēt pro conſolor inuenit̄. Hinc pacletor ⁊ pacletus deſcendit. Et q̄ in foro ac iudicijs a noſtris deprecatores vocantur. hij apud gręcos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

paracletores dñr. Itaqꝫ pollicet̃ dñs diſcipulꝭ ſuis miſſuruꝫ ſeſe pacletũ ſpm̃ q̃ eos ſit edocturus: ſiue illũ adhoꝛtatoꝛeꝫ ſiue depꝛecatoꝛẽ hoc eſt aduocatũ: ſiue cõſolatoꝛẽ velimus intelligere. Paraclytus ãt p y. tenue ĩfamẽ aut p̃ter famaꝫ ſigt̃. Nã para in huiuſmõi cõpoſitõe pꝛeter. vel diminutionẽ denotat κλυτος v̓o famã declarat inſignẽ id q̃d inclytus ꝓbat. Itaqꝫ paclytus a para ⁊ clytos noĩe cõpoſituꝫ eſt. Quod ſignificatum ponere in Chꝛiſto abſurdum ⁊ impium eſſet.

Paracenthesis ſignificat punctioneꝫ: vt eſt apud Ply. lib. xxv.

Paradiaſtole. dici poſſet per dilatationẽ. q̃d ſit cũ rem noſtram dilatamus interpꝛetatione.

Paradromis. idis. ambulatio. ſiue xyſtus. Victr. Latini xyſta ambulationes appellant. quas gręci paradromidas.

Paradigma παραδειγμα exẽplum facti vel dicti alicuius Vir. Antenoꝛ potuit medijs elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus. Fit ãt tribus modis. A pari. A maioꝛi ad minus a minoꝛi ad maius.

Paradiſus pomariũ. i. hoꝛtꝰ ↄſitus. gñis taꝫ maſ. q̃ꝫ fęmi. Eſt nomẽ oppidi: vt apud plyniũ ⁊ Stra. Eſt ⁊ locus ĩ oꝛiẽte lõgo tractu mari diſtãs a ↄtinẽte. De quo Aug. ad Oroſiũ ſcribit ſic. paradiſus in oꝛiẽte ſitus ẽ ĩteriecto oceano: ⁊ nr̃o oꝛbe lõge remotꝰ ĩ altiſſimo loco ↄſtitutꝰ ptingẽs vſqꝫ ad lunarẽ circulũ. Vñ illuc aq̃ diluuij minime ꝑueniſſe dꝛ. Hic locꝰ a p̃mi hoĩs reatu ĩterclusus ẽ nec vlli animãtiũ dat̃ ĩ eam aditus.

Paradoxa. iuxta ſñiaꝫ vel inopinabilia ſeu admirabilia. Nam para p̃ter vel contra ⁊ iuxta ſigt̃ Vñ padoxa Ciceronis. i. electa ſñia vel q̃ ſunt pꝛęter opinionem.

Paragogon cum accentu in antepe. dici poteſt deriuatiuum vt ab Albeo Albico.

Paragoge. deductio figura qua littera vel ſyllaba fini iungitur vt dicier pꝛo dici. Hanc alij palepſim alij pꝛolepſim vocant.

Paragraphus ⁊ paragraphũ. vtroqꝫ dicitur. paragraphe latina pꝛeſcriptio exceptio.

Paralus: vt Ply. li. vij. ſcribit: nomẽ fuit eius q̃ p̃mus lõgã nauẽ ĩuenit. Sũt ⁊ parali ĩ Attica q̃ paraliã incolũt plutarchus polos factionũ vnã e tribꝰ q̃ athẽis erãt Solõis tp̃e ĩtelligit

Paralipomenõ derelictũ ab παρα ⁊ λειπομενον relictum pꝛetermiſſum.

Paralyticus latine diſſolutus dꝛ. paralyſis diſſolutio neruoꝛuꝫ Et alio noĩe a gręcis hemiplexia. h̓ ẽ ſemia poplexia cũ ĩ alterã tm̃ coꝛpoꝛis pteꝫ malũ id ĩcubuit. Nã cũ totũ afficit̃ apoplexia noĩatur. Nũc vtrũqꝫ inq̃t Celſus paralyſin appellari video. Inde paralyticis q̃ tremuli ſũt: remediũ ẽ ĩ quo ſit ab ſtrigẽdi efficacia. Ideoqꝫ Tertul. ĩ apologia d̓ Chꝛiſto dixit Cũ ille v̓bo dęmõia excuteret. lepꝛoſos mundaret: paralyticos reſtigeret moꝛtuos deniqꝫ v̓bo reddere vitę: Reſtrictus ergo reſoluto ↄ̃rꝰ eſt. Noiat̃ id ⁊ pareſis fere defectu viriũ.

Paralleli. pe. p. qm̃ p. ĸ a gręcis ſcribit̃. dñr circuli ſphęrę q̃ ad eũdẽ polũ ↄſtituti finiunt̃. parallelus. n. q̃ſi alternꝰ mutuꝰ ĩui cẽ cõparatus a quo linee ęque diſtãtes pallelę dñr. Ideoqꝫ ſegmẽta mũdi q̃ nos circulos dicimus parallelos gr̃ci vocãt.

Paranymphus a Hiero. dꝛ ꝓnubus. ab antiquis auſpex. Antiqui enim ꝓ nuptijs celebꝛandis auſpiciũ cape ſolebãt. Qui ꝑerat huic rei ꝓ parte veri a gręcis paranymphus a noſtris auſpex dicebat̃. Et vt auſpex ꝓ parte viri: ſic ⁊ ꝓ nuba pꝛo parte mulieris adhibebatur. Itaqꝫ cũ apud xp̃ianos auſpicia minime captent̃. adhibent̃ ſacerdotes q̃ ⁊ pꝛonubi a nobis dñr. Aug. li. xiiij. ci. dei. Nõne oẽs famulos atqꝫ ipſos ẽt panymphos ⁊ quoſcũqꝫ ingredi quęlibꝫ neceſſitudo ꝑmiſerat ante mittit foꝛas q̃ꝫ vel blandiri cõiunx cõiũgi incipiat

Paraphraſtes dꝛ interp̃s q̃ nõ litterã ex littera ſꝫ ſenſuꝫ e ſenſu tranſſert. q̃ſi iuxta loq̃ns. Et ꝓ puerſo ⁊ depꝛauatoꝛe ponit̃. Hie. in ꝓlo. li. Ꝝ. Et cũ ĩtellexeris q̃d antea neſciebas vel interp̃tẽ me ęſtimato ſi gratus es: vel paphraſten ſi ingratus. Idẽ ad Alga. Conabimur itaqꝫ παραφραστικως ſenſus eius euoluere: paphraſis peruerſa dictionum interpꝛetatio

Paraperna non paraphrena. dñr ea quę p̃ter dotẽ dane feminis: a para pꝛeter ⁊ φερνη dos. quaſi pꝛeter dotem. Hęc paraphernalia dicuntur.

Parapetaſma atis. latine velum coꝛtina.

Paraſceue. es. dici põt p̃paratio. nã a παρασκευαζω q̃d ẽ p̃paro deducit̃. Vñ ⁊ dies quo dñs noſter Jeſus Xp̃us pꝛo humani gñis ſalute cruci affixus fuit paraſceue dicitur. qm̃ eo iudęi ſibi neceſſaria pꝛeparabant vt paſcę dies abſqꝫ operatione aliqua tranſigeretur.

Paraſitus. pe. coꝛ. q̃ alioꝛuꝫ mẽſas ⁊ cibaria ſequit̃ ex pa ad σιτον cibus. σιτεια ſagina. quod nõ ſolũ frumẽtũ ſꝫ cibaria quoqꝫ deſignat. q̃d vt ↄſeq̃ poſſit oĩa ad voluptatẽ cuius eſt tractus nidoꝛe culinę pꝛimo loquit̃ oĩa: deinde aſſantat̃ oĩa illius facta ſimꝉ ac dcã laudat: nihil repugnat: oĩa ſuffert: nihil v̓tris cã facere recuſat in quo ſummũ bonum conſtituit Accipit̃ nõnũq̃ꝫ ꝓ eo q̃ ſimplicibus v̓bis riſum ab audientibus captat. p̃mo tñ paſitus ĩ honoꝛe fuit: vtpote q̃ ſacro miniſterio addictus eſſet. pꝛo eo v̓o poſtea dictus eſt qui ad menſas diuitum oblectationis cã admittebatur.

Paraſitaſter q̃ paſitoꝝ imitatoꝛ eſt. Nam q̃ in aſter finiunt imitationẽ potius q̃ꝫ diminutionẽ ſignificãt. Cic. pꝛo Vareno. Euricius hic noſter antoniaſter Duo tñ potiſſimuꝫ diminutionem denotant: ſurdaſter ⁊ recaluaſter.

Paraſangę apud perſas viarum menſurę ſunt quinquaginta ſtadia continentes.

Paraſtatę vt apud Victr. ⁊ Ply. lapides ſũt pilarũ fere mõ appoſitę colũnis de q̃ ſĩlitudĩe alterũ cruris os: duo. n. ſũt paraſtata noĩat ĩ iumẽtis Vegetio q̃d ⁊ paracmeniõ Jul. polluci apd̓ quẽ ⁊ meatꝰ illi ꝑ quos genitura e teſtibus ꝑ vrinę vias defert̃: paſtatę nũcupãt̃. Sũt ⁊ ĩ p̃lio: inq̃t dicti paſtatę nomẽ officij qm̃ adiũcti ſũt ꝓſtatis: h̓ ẽ his q̃ p̃ſunt coꝛnibus ſicut Epiſtatę q̃ tertiũ in regẽdis his locũ tenẽt. Sed ⁊ tabulę quedã cętis iſtrumentis a Victruuio paraſtatę vocantur.

Paraſiopeſis. ſchema ẽ apd̓ rhetoꝛes. a latinis p̃occupatio dicitur cũ aliquid nos reticere dicimus ⁊ tñ tacitum intelligitur Quod ſit vel cũ rẽ notã eſſe putamus auditoꝛibus vel cum ſuſpitionem maioꝛem excitare reticendo volumus.

Paropaniſades regio aſię q̃ ſicut refert Ptol. ab oꝛiente parte indie ab occaſu Aria terminata Meridie Arachoſia.

Paraſtades. lapides q̃ vtrunqꝫ hoſtij latus muniunt. Vic. quoqꝫ paraſtadas in mentione temploꝛum vocat antas

Paraſtaſis. latine Aſſiſtentia. affirmatio per teſtes appꝛobatio

Paraſynthetes. decompoſitus.

Paratrimma. latine intertrigo cum fęmina aduruntur.

Parazoniũ. gñs gladij q̃ ad ʒonã accingi ſolitus eſt απο του παρα και της ζωνης quaſi ad ʒonam pendens.

Paręneticus. a. um. idem q̃d p̃ceptiuus. ſiue admonitiuꝰ a verbo gręco παραινεω q̃d ſigt̃ p̃cipio ⁊ admoneo παραινεσις p̃ceptio: ſiue admonitio. Hic Acron hoꝛatianꝰ ĩterp̃s: h̓ ode parenętice ſcripta eſt: ꝓ eo q̃d ẽ pꝛeceptiue ſiue monitoꝛie ſicut ab eodẽ dicitur. Hęc Erotice dicta eſt pꝛo amatoꝛie.

Parmenides ęleata phũs xenophanis auditoꝛ atqꝫ amicus cẽ ſuit ſẽpiternũ atqꝫ ĩmobilẽ eẽ vniuerſuꝫ q̓ ẽ ens ſc̃dꝫ veritatẽ rex. ſolũ. n. eẽ ſimplex ⁊ ĩtrepidũ atqꝫ ingenitũ gñatõeꝫ v̓o eoꝝ eſſeqꝫ falſa exiſtimatiõe videt̃ eẽ cũ nõ ſint nã ſenſus ſe mouẽdos a v̓tute putat affirmat. n. ſi q̃d ẽ p̃ter ens id eẽ non ens. Nõ ens autẽ nõ eſſe in rebus ⁊ ſic ens vientũ ſibi relinquitur terra v̓o denſioris aeris defluxu factam arbitratur.

Paronomaſia. latine Agnominatio cum aliquod nomẽ ex alio in ſignificatione diſtante conficitur. Terẽ. Jam inceptio eſt non amantium ſedamentum.

Parochus. pe. coꝛ. auſpex ſiue ꝑonymphus q̓ añ vehicula eat q̃ gręce οχηματα dñr. Quidã parochũ ĩterp̃tant̃ p̃bitoꝛeꝫ παρεχω p̃beo. huiꝰ offm̃ erat magr̃atibꝰ p̃bẽda cõducere. Vel parochi magiſtratꝰ erãt q̃bꝰ cura erat vt ligna ⁊ ſallegatis publice miſſis p̃berẽt̃. Hoꝛ. ꝓxima cãpano ponti q̃ villula rectum pꝛębuit ⁊ ꝓrochi quę debent ligna ſalemqꝫ.

Parochię eccleſię dñr q̓ ſuis parochianis victum cęleſtem exhibent. Hiero. contra Vir. Qui parochias ſuas vicinia iſtiꝰ ſcribunt eſſe maculatas. Et alibi. Miroꝛ ſanctum ep̃m in cuius parochia eſſe pꝛeſbyter dicit̃: acquieſcere furoꝛi eius.

Paręcia. cũ ę. diph. dici põt incolatus. Nam para iuxta οικος

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domus: vbi.ſ.ſunt domus cōtigue. Au.li.xiiij.ci.dei.p̄ſbyter
fuit q̄dā noīe reſtitutus in parecia calamenſis eccleſie.

Parergon dr̄ qđ alicui rei p̄ter ꝓpoſitū addit̄: vt ſi pictor alicu
ius ſancti imaginē pingēs ornande tabelle gr̄a arbuſculas ⁊
aniculas ⁊ huiuſmōi addiderit. Ply. ꝓthogenes cū athenis
celeberrimo loco minerue delubro ꝓpyleū pingeret adiecit
paruulas naues lōgas ī his que pictores parerga appellant.

Parectatus. qui de pueritia venit ad pubertatem Lucil. lib. x.
Tuum ephebum quem vocant parectatum.

Pareſis idem quod parilis.a defectu virium dicta.

Parentheſis. interpoſitio ex ϖαρα ⁊ εν que duo ſignificant in
ter ϑεσις poſitio. Figura quotiens remota de medio ſentē
tia integer ſermo perdurat.

Paronychia: abſceſſu circa radices vnguium. Ply.li.xxiij. Gin
giuarum inflationibus.paronychijs. ſordidiſq̄ʒ vlceribus ⁊
putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia a
ϖαρα ad ονυξ vnguis.quaſi ad vnguem.

Paronymon.nomen ab alio deriuatum.

Parce.q̄ nemini parcāt ac iō tres eſſe parcas arbitrat̄ q̄m tria
ſūt tp̄a q̄b⁹ oīa īuoluunt̄ lacheſin dictā eſſe q̄ λαγχαμω
grece ſortior deſignat atropon q̄ reuerti n̄ poſſint clothō q̄m
ſtoma ⁊ coordinata oīa tētat h̄.n.noīa ip̄a ligua grca oſtēdāt.

Paropſis.idis.per.o.gn̄is fe.ex para ⁊ εψω.i. ad cibuʒ proprie
gn̄is iuris.ſcđm Jul.pollucē.q̄ʒq̄ʒ ⁊ ꝓ repoſitorio opſoniorū
qđ Latinum dicūt apud idoneos legatur. Mar. Qui portat
gaudens ancilla paropſide rubra halecē. Sue. in Gal. Ordi
nario q̄dā diſpenſatori breuiariū rōnū offerenti paropſideʒ
leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

Parotides apoſtemata ſecus aures. Nam collectiones fiunt in
glandulis. Dr̄ ⁊ parotides vt inq̄t Celſus arterie due in de
xtra ſiniſtraq̄ʒ iuxta guttur q̄ ſurſuʒ ꝓcedētes vltra aures fe
runt̄. Quin ⁊ ipſi auriū circui apđ Juliū pollu. vocant̄ paroti
des. Itemq̄ʒ partes his ſubiecte que a faucibus ad malas ꝑ
tinēt. Para eniʒ ad ωτα aures dr̄. Solent ēt iuxta dentes
in gingiuis oriri dolentia quas greci parotidas appellant q̄
rum remedia ſcribit Celſus.

Paradontides: ſiue parulides: tubercula iuxta gingiuas cuʒ ca
ro in gingiua excreuit.

Paroxyſmus ſtimulatio cōcitatio. ϖαροξυνει ꝑ eni ē incitare

Paratragedio.as.ſiḡt exaggero: a verborū magnitudine aliq̄d
augeo. Plau. Illic homo eſt vt paratragediat carnifex.

Parrhaſia regio in peloponneſo: dicta arcadia lychaonis pa
tria. Unde paraſius.a.um.ꝓ arcadio. Uir. Paraſio dictum
panos de monte lycei. In ea eſt mons lyceus. in quo bicor
nis fauni templum fuerat a quo lycea ludicra illi ſacrata no
bis lupcalia dcā. Un̄ Oui. lib.ij.faſ. Quis vetat arcadico di
ctos a monte lupercos faunus in arcadia tēpla lyceus habet

Parrhaſius nomē pictoris Epheſij qui cū zeuſide incertamen
picture deſcendit. Hic primus ſymmetriā picture dedit.pri
mus argutias: vultus elegātiā capilli: venuſtatē oris expreſ
ſit. Et cū zeuſis detuliſſet vuas pictas tāto ſucceſſu vt in ſce
nam aues aduolarent ipſe detulit linteum auibus pictum.

Parco,is.peperci vel parſi.parſuʒ. Un̄ pſurus.ꝓprie ſiḡt abſti
neo.q̄ſi parū tāgo. Hic parcere ꝓ veniā dare.i. ab vltiōe ab
ſtinere. Liui.li.xxv. Nec dū eos capue parſuros Uir. parce
re ſubiectis: ⁊ debellare ſupbos. Aliqn̄ ꝓ ꝓhibere vt parci
te oues nimiū ꝓcedere. Aliqn̄ ōponere q̄ ab his q̄ deponi
mus abſtinem⁹. Uir. parce metu cytharea manēt īmota tuo
rū fata tibi Aliqn̄ ꝓ Seruare. q̄ ſimiliter ab eis abſtinemus
Idē.li.x. Argēti atq̄ʒ auri memoras q̄ multa talēta natis ꝑce
tuis. Aliqn̄ ꝓ deſinere nā ⁊ deſinere abſtīere ē: vt parce piaſ
ſcelerare man⁹. Sic ꝑcere errori dicim⁹ abſtinere a caſtiga
tione erroris: ſiue parū caſtigare errorē parcere pecunie. ab
ſtinere ab expēdēda pecunia: ſiue parū expēdere pecuniam.
Uar. Parſurus pecunijs bn̄ ꝑtis. Parcere fame abſtinere a
fama: n̄ laudare. Au.li.ij.ci.dei. Nimis ſupbū ſint fame Par
cere p̄ncipiū ciuitatis vbi ſue fame parci numina noluerūt.
Parcē labori. abſtīere a labore: ſiue par laborare ⁊ eodē mō ō
ſtibus. Hui⁹ vbi ōpoſita ſūt Cōparco ei⁹ ōſimplicis ſig̃tiōis
Ter. Suū ōfraudās geniū ōparſit miſer. Reparco iteꝝ par
co. Plau. ī Tru. Utinā rei iterū parciſſeʒ mee. vt nūc parcis.

Parc⁹ q̄ frugi ē ⁊ ſūptib⁹ ꝑcit. Gel.lib.iij. Neq̄ʒ ab arca neq̄ʒ ab
arcēdo: ſʒ ab eo q̄ ꝑuū ⁊ ꝑuʒ denoīat̄. Hic ꝑcitas ꝓ frugalita
te. Huius cōpoſitū ē preꝑcus valde ꝑcus. Ply.li.xj. Aliqn̄ et
ipſe ōtrahūt mortis ſibi cās cū ſenſere eximi mella auide vo
rātes. cetero p̄parce ⁊ q̄ alioquin ꝓdigas atq̄ʒ edaces nō ſe
cus ac pigras ignauas ꝑturbēt. Sil'r Deparcus nimiū par
cus ac tenax: cuius opponit̄ ꝓfuſus ac magnificus. Apul. At
nō ōria accuſaſtis vnū ſeruū vt de ꝑci tris libertos vt ꝓfuſi.

Parce dicte ſunt a parco. ꝑ ōriuʒ q̄ nemini ꝑcant. Uar. a partu
vnius littere mutatione deduci putat. q̄m vt ſcribit heſiod⁹
he naſcētibus hoībus bonū malūq̄ʒ ōferre cōſentiant̄ Ju
uen. hec exēpla para felicibus at mea clotho. Et lacheſis gau
dent ſi paſcit̄ iguine venter. Tres aūt fuiſſe ꝑcas clotho.ſ. la
cheſin ⁊ atropon finxerūt antiq̄: q̄s Cice. herebi ⁊ noctis fi
lias fuiſſe ſcribit: ⁊ eaſdē fata eē exiſtimant. Un̄ ē illud Cleā
tis. Ducūt volentem fata: nolentē trahūt. Fingūt vite hoīuʒ
ꝑeſſe ⁊ nēdo eā ducere. Quapp̄ lanificas ſorores appellant.
Mar. Si mihi lanifice ducunt nō pulla ſorores ſtamina nec
ſurdos nox hēt iſta deos. Apul. Tres ꝑce tria fata ſunt nūe
ro cū rōne tp̄is faciētia. Si ꝑtātē eaꝝ ad eiuſdē ſimilitudineʒ
tp̄is referas. Nā qđ infuſo perfectū ē p̄teriti tp̄is hʒ ſpēʒ. Et
qđ torq̄tur in digitis momenti p̄ſentis īdicat ſpatia. Et quod
nōdū ex colo tractū eſt: ſubactūq̄ʒ cure digitorū: futuri ⁊ cō
ſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere.

Parſimonia. moderatio ſumptū ⁊ parcitas. Hoc ē conſeruatio
reꝝ q̄ ſic diffinitur a ph̄is. Parſimonio eſt q̄ cauemus ne qđ
diſpēdiū vltra modū fiat ⁊ res familiaris quoad fieri poteſt
ſine cuiuſq̄ʒ iniuria cōſeruet̄ Fit āt a ꝑtō parſi quod conſer
uaui ſiue abſtinui ſiḡt. Nā alterū p̄teritū peperci potius acci
pitur prouentam dedi: q̄ʒuis aliqn̄ confundantur.

Pardus aīal ē cuius feminini a pardalis dr̄. Un̄ ⁊ Leopard⁹.

Pario.is.peperi ꝑtū ⁊ ꝑtiū pe. ꝓ.a q̄rta ōiugatione. A tertia vo
pe.cor. Sta. Hoſti veniat paritura marito. Enni. Oua pari
re ſolet gen⁹ pēnis cōde coratū. Et āt ꝑere fetū emittere: qđ
ꝓprie ad feminas ꝑtinet: lʒ ēt q̄nq̄ʒ de viris dicat̄. Cecil. Hic
vicin⁹ nr̄i pepiſſe ſe filiū memora.i. genuiſſe. Per trāſlatio
nē ō his dr̄. iterdū q̄ n̄ ōcipiūt ꝓ acq̄rere ſeu ōparare. Et ſic cō
ſtruit̄ ſic Emo. Col.li.x. Seq̄tur vt ex aīa deſiderem⁹ ea por
ro vl' ere parta vl' gratuita ōtigūt. Uir. Ite ait egregias aīas
q̄ ſanguīe nobis hanc partiā pepere ſuo. Huius ōpoſita ſunt
Apio a quo Adapio. Cōperio. Operio: a quo ōperio ⁊ repio

Parturio.is.pe.co.a paria vl' a partu fieri videt̄ qđ ē ī pariēdo
laboro: ſeu laboro vt pariā. Ply. Utiq̄ʒ ōſtat: parturiētes fo
lijs ſubſtractis celeri⁹ parere. Uar. In cubilib⁹ cū parturiēt
acus ſubſternādū: cū peperint tollere ſubſtramē. Cic. Utinā
aliqn̄ dolor ꝑp̄li romani pariat qđ iā diu ꝑturijt. Amb. ō Ca
im. Hos partus aīa nr̄a parturiat nec ſolū parturiat: ſʒ ēt pa
riat Ponit̄ tn̄ q̄nq̄ʒ pro primitiuo. Hiero. contra. Ruf. Pu
taſne eiuſdem meriti eos qui parturiuntur ⁊ qui parturit.

Partus a.um.ꝑticipiū.a pario. Apul. Partamq̄ʒ a patre multo
tp̄e ⁊ multo labore pecuniā vno die cōſumpſit. Partus. us
nomen pro ipſo pariendi actu. Ply. Qđ a p̄gnantibus com
manducatum ꝑtum faciliorem facit. Aliqn̄ accipit̄ pro prole
Mar. Nec iacuit partus ſed matre cadentem cucurrit.

Paritura. idem quod genitura. Uar.lib.ij. de re ruſ. Quare de
mes ſi vis duas res de multis admiſſuram ⁊ parituram.

Partio.onis. idem quod partus. Plau. in Tru. Horreſco miſe
ra mentio quotiens ſit partionis.

Parens a pario. ſit. quo noīe nō mō pater ⁊ mater: ſed auus et
ꝓauus aua ⁊ ꝓaua: ⁊ oēs ſupiores vſq̄ʒ ad tritauos ſignifi
cātur: vltra hos q̄ nō habēt ſpeciale nomē maiores appellā
tur. Cai⁹ ſcribit appellatiōe parentū oēs ī infinitū maiores
vtriuſq̄ʒ ſexus ſignificati. Auctor ē Hie. ī ſecūda ō Rufi. apo
logia parētes ēt ſignificare affines ⁊ cognatos iuxta verna
culū ſermonē. Lampri. de Alexādro ſeuero ſic ſcribit. Ami
cos ⁊ parentes Alexāder ſi malos repit aut puniuit: aut ſi ve
tus vel amicitia vel neceſſitudo non ſiuit puniri dimiſit a ſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicẽs. His clarioꝛ ẽ mihi reſp. Jul. Capitolinus de M. An-
tonio refert. ꝙ adoptatus in aulicã domũ oĩbus parentibus
ſuis tãtã reuerentiam quantam priuatus exhibuit. hinc.

Parentela ab eodem vſurpatur cum dicit. Cauſa eloquẽtię di
gnum parentela ſua putauit.

Parẽto. as. ſigt parentibꝰ iuſta celebro. Licet ẽt ad alios trãſ-
feratur. Ply. lib. xviij. Qm̃ mortuoꝝ aĩe ſunt ĩ ea. ſ. faba q̃ de
cã pentãdo vtiqꝫ aſſumit. Sumit ẽt ĩterdũ pẽtare ꝓ ſileꝫ eẽ.

Parẽtalia: ꝯuiuia q̃ ĩ parẽtũ aut ꝓpinquoꝝ mortibꝰ fieri ꝯſue
uerũt. hoꝝ Aeneas ĩuẽtor fuit hiero. in hiere. ꝓphetã. lib. iij.
Mos ẽ ĩgẽtibꝰ ferre cibos ⁊ ꝑparare ꝯuiuiũ qđ a gręcis ⁊ a
noſtris vulgo appellat parẽtalia: eo ꝙ pẽtibꝰ iã defunctis iſta
celebrabãt. Uel dicta ſũt pentalia ꝙ ita parerẽt mortuis qui
ita viuẽtes iuſſerãt facere: vel ꝙ filij pentibus hꝰ preſtarent.

Pareo. es. parui. pitũ. Uñ pariturus ſigt videor ⁊ a pio vt aliq̃
putãt deductũ qm̃ partus poſtq̃ꝫ extra vterũ ẽ: videt. Uirg.
cui pecudũ fibrę cęli cui ſydera parẽt. i. a quo fibre ⁊ ſydera
cernunt: Uñ ⁊ ꝯpoſita. Appareo. vt apparẽt rari nãtes ĩgur
gite vaſto. Cõpareo. corã aliquo pareo: vt puer nõ ꝯparet ⁊
ego quo ibo: Diſpareo a cõſpectu. recedo. Tranſpareo ꝑ ali
quod corpus lucidũ videor. Interdum parere eſt obędire.
Uir. paret amor dictis carę genitricis: Juſti. li. j. Uix patien
ter vni viro ne dum feminę pariturıs Et habet penul. pro.

Paro. as. acq̃ro. Et ſicut ẽmo capi poſſet lꝫ ĩ eo p̃tiũ exp̃ſſum nõ
inueniat ita a ptũ vt in eius ꝯpoſito Cõparo: ſꝫ q̃ſi p̃tiũ. Ter.
in eu. Cupio aliquos parare amicos bñficio meo. Curtius.
Quid tibi diuitijs opus ẽ q̃ te eſurire cogũt. p̃mus oĩuꝫ ſatie
tate paſti famẽ: vt quo pl'a haberes acriꝰ q̃ꝫ ñ haberes cupeſ
Huius cõpoſita ſũt Apparo. Cõparo. Reparo. Separo. Diſ
paro. qđ ẽ ſeparo. equipero ꝓpero. ⁊ ſupo. q̃ habent. pe. cor.

Parabilis ⁊ hoc pabile. qđ in ꝓmptu eſt: ⁊ cito haberi põt. Se-
neca Ad manum ẽ ⁊ pabile qđ ſat ẽ: q̃ ad nãm viuit nunq̃ꝫ
eſt pauper. Ci. li. v. tuſ. Diuitias inquit nãe parabiles eſſe.

Paro nauis gñis ad cuius ſilitudinem. Myoparo dicitur.

Paries. tis. pe. cor. de priuatis dicitur vt paries domorũ. Mu-
rus tam de publicis q̃ꝫ de priuatis dicitur.

Parietinę. pe. ꝓ. muri veteres ac ſemicõſumpti. Ply. Aſtericũ
herba ẽ naſcẽs ĩ tegulis parietinıſqꝫ folio ſil'is ozymo Aug.
Parietinę dñr quas vulgo dicimꝰ ruinas vbi parietes ſtant
ſine tecto ſine habitantibus.

Parietaria hęrba a parietibus in quibus naſcitur dicta vulgo
victriolũ. dicitur ⁊ pdiciũ qm̃ pdices ea veſcantur.

Paros inſula eſt quę a delo. xxxv. millibus diſtat ex qua pariꝰ
lapis marmoreus. hanc primo plateam poſtea minoida vo-
citarunt. In ea eſt oppidum ẽt paros vocatuꝫ pharos vero
cum. h. eſt alia inſula de qua infra.

Parius lapis candidus e quo multa ſigna fiunt. Et eſt in paro
inſula vna ex cycladibus. Uir. Niueamqꝫ paron.

Parium ciuitas aſię in regionę myſię. Ex qua fuit Neo ptolo-
meus cognomento Gloſſographus vir memoratu dignus.

Parma. breue ſcutũ: quo pedites vtebantur. ꝙ e medio in oẽs
partes eſſet par: vt inq̃t Uar. Uirg. li. xj. Enſe leui nudo par
maqꝫ inglorıbꝰ alba hoc ſcutũ gręci auctore plynio vocant
peltã huius diminutiuũ ẽ parmula: Hor. Sẽſi relicta nõ bñ
parmula. pma ẽt nomen fluuij a quo vrbs inter placentiam
⁊ Cremonam ſita parma appellata eſt hęc. patria fuit Caſſij
poetę ⁊ Macrobij viri ingenio ⁊ doctrina preſtantis.

Parmularius. Gladiator qui parmula vtebatur itemqꝫ fautor
⁊ locator eiꝰ generis. porro parmularij etiã thraces ſiue thre
ces appellabantur Feſtus Threces inquit gladiatores a ſi-
militudine parmularum thraciarum vocati.

Parnaſus. pe. ꝓ. mons in phocyde vt ſcribit Ply. ⁊ Stra. li. ix.
Et herodo. Mellaqꝫ cõfirmant. Qui mõs duos vertices hꝫ
quoꝝ vnũ Thitorea: alterũ hyampęũ. herodotus in Urania
tradit. Non ãt Cytheronẽ ⁊ heliconẽ vt Ser. putauit. Seu
vt alij volũt Cyrrhã aut Cyrphim ſeu Nyſam cũ Cythera.
ꝙ Cythera aut Helicon in Boęotia montes diſiũcti ſint. ita
vt Helicon ꝓcul ſit a parnaſo circiter quindecim paſſuũ mi-
lia. Cytherõ vo. xxx. Eſt tñ ſicut docet. Stra. Helicon pnaſo
ęmulus ⁊ altitudie ⁊ circuitu. Et muſis natale in nemore he-
licone ſcriptores aſſignãt Cyrrha vo ⁊ Lyſa ſũt noĩa ciuita
tũ. Cyrrha ſub Cyrphin rupẽ pnaſi in radicibꝰ mõtis ĩ pla
nicie mare verſus locata eſt. Nyſa vo nõ in pnaſo: ſed infę-
lici arabia ſita eſt in qua cũ bracchus nutritus eẽt in eiꝰ me
moriã ipſe poſtea aliã in India cõdidit. Eſt igitur parnaſus
phocydis ſacer baccho ⁊ appollini. Ouidi. Separat aonios
acteis phocys ab aruis terra ferax. Mox addit. Mons ibi
verticibus petit arduus aſtra duobus nomine parnaſus: ſu
patqꝫ cacumine nubes. Luc. Carmine parnaſus gemino pe
tit ęthera colle. In hoc monte rupes vel maieſtate numinis
vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit: vndiqꝫ fere pręceps
in formã theatri: hic eſt Apollinis delphici templũ: hic fons
Caſtallius muſis ſacer. hic habitauere pieres natio thracia:
vñ pierius mõs ⁊ pierides muſę. Sub pnaſo habitauerunt
hiantes ppl'i. Uñ aquę pnaſi fontis hiantida dñr. Hic fontes
atticam verſus Hyppocrene ⁊ Aganippe. A parnaſus fit p-
naſius. a. um. Uir. nec tm̃ phębo gaudet parnaſia rupes.

Parricida. pe. pro. a pari vel a patre deduci põt. Si a pari. r. eu-
phonie cã addit. Si a patre. t. ĩ. r. ꝯuertit. Ideo p duplex. rr.
ſcribit. Quibuſdã tñ a pente cõpoſitũ videt ⁊ ꝑ parenticida
p ſyncopã cõmutatiõe. t. in. r. Nã paricide dñr parẽtũ inter-
fectores: ⁊ patrię ꝓditores. q2 patria pẽs vniuſcuiuſqꝫ ẽ. Le
ge põpeia de parrecidijs cauet vt is pricidij teneat: nõ ſoluꝫ
q̃ patrẽ ⁊ mr̃eꝫ interfecerit: ſꝫ q̃ fratrẽ ſororẽ: patruelem ma-
truelẽ filiũ filiã nepotẽ nurũ alioſqꝫ propinquos occiderit.
Ponitur ⁊ pro alio quocunqꝫ qui qualẽcunqꝫ hoĩeꝫ occide-
rit. Uñ extat lex numę põpilij. Si q̃s liberũ hoĩeꝫ morti ſci-
ens dlũit. parricida eſto. Et ſic a pari ſit cõpoſitũ. Hinc parici
appellabant q̃ſtores q̃ cã capitaliũ rerũ q̃rendarũ creari ſo-
lebant. Sunt tñ qui inter paricidiũ ⁊ patricidiũ diſtinguant
ꝙ patricidium ⁊ ſit patris interfectio. Uñ ⁊ matricidiũ quo
